

4 COMMENT. IN I. CAP. SPHÆRAE

maius tempus existerent preparata, tantorum annorum circulis
rite viuebant. Deinde propter virtutes, & glorioſas vtilitates,
quas iugiter pericratabantur, id est, Astrologiam, & Geome-
triā, Deus eis ampliora viuendi ſpacia condonauit, quæ non
ediscere potuerint, niſi ſexcentis viuercnt annis. Per tot enim
annorum curricula magnus annus impleret. Rurſus in eodem lib.
cap. 15. Abrahamum virum iuſlum, & magnum, in cæleſtibus re-
bus expertum nominat. Et cap. 16. teſtatur, cum primum instruxiſ-
ſe Aegyptios in Arithmetica, & Syderū ſcientia. Ita n. de eo ſcribit.
Arithmetica quoque eis (id eſt, Aegyptijs) contulit, & quæ de
Astrologia ſunt, ipſe contradidit. Nam ante aduentum Abra-
ham in Aegyptum hæc Aegyptij penitus ignorabant. A Chaldaeis
enim hæc plantata noſcuntur in Aegypto, unde etiam perueniſſe
noſcuntur ad Grecos. C O N S T A T igitur Astronomiam ſcientia-
rum eſſe antiquiſſam, cum ante diluuiū, immo ſub initium mundi ex-
titerit, vt iure optimo cum omnibus alijs artibus, ac ſcientijs de anti-
quitate poſſit decertare, quandoquidē nullā legimus fuifſe antiquiorem.
Hinc fit, vt iij auſtores, qui in historyis legūtur fuifſe primi Astronomiæ
inuentores, ipsam potius iam diu inuenta, immo a primordijs mundi ex-
ortam illuſtraffe, noniſq; additionibus adauxiſſe cendendi ſint, quam ad
inueniſſe; & ob id primos eos huīus discipline auſtores appellatos eſſe.

C A E T E R V M cui potiſſimum hæc inuentio, ſeu potius amplifica-
tio Astronomie ſit adſcribenda, magna inter auſtores ſuit ſemper con-
trouerſia, & adhuc ſub iudice lis eſt. Quidam enim eam attribuunt
Aegyptijs; Quidam Affyrijs; Quidam Babylonij; Quidam vero eam
primum ab Aethiopibus inuentam fuifſe afferunt, eo quod ſub Aequino-
ctiali circulo degentes ſereniſſimo ſemper cælo fruuntur, ex quo facile
ſyderum cursus obſeruare poſſunt. Non inficiantur tamen hi auſtores,
Aegyptios eam poſtea magis perſpicuam, illuſtrioremq; reddidiſſe.
Neq; vero deſunt, qui Atlantem huīus discipline primum inuentorem
ſaciant, voluntq; inde fabulam illam originem traxiſſe, iſpum videli-
et humeriſ ſuis cælum iuſtinuiſſe, quod primus curſum Solis, & Lu-
ne, ſyderumq; omnium conuerſiones, rationesq; vigore animi, ſolera-
tiaq; curaſſet tradendas hominibus. De quo ſic ſcribit Diodorus Sicu-
lus lib. 4. Ferut Atlantem Astrologiaſ fuifſe peritiſſimum, deq;
ſphæra primum inter homines diſputaſſe; qua ex re viſus eſt Ca-
lum